IN OBSEQUIUM EXCELLENTISSIMI AC REVERENDISSIMI D. D. PHILIPPI ARTICO EPISCOPI ASTENSIS AC...

Digitized by Google

Sched 14 15

IN OBSEQUIUM

EXCELLENTISSIMI AC REVERENDISSIMI

D. D.

PHILIPPI ARTICO

EPISCOPI ASTENSIS AC PRINCIPIS

CLERICIS

PHILOSOPHIÆ STUDIOSIS

SUUS NOMEN

CELEBRANTIBUS DIE 9 JULII 1848

ASTÆ

EDIDERUNT RASPI ET RIBA

cum facultate

Digitized by Google

5831437

Digitized by Google

HYMNUS

Virgo, quæ frontem nitidam perenni
Unica e stellis rutilis corona,
Rebus et summis dominans et imis
Cincta refulges,
Heu! virum de te meritum memento:
Gesta jam patent animique vota,
Fama virtutum resonans sub Alpe
Ivit in orbem.
Multa perfecit pater atque præsul,
Acriter passim vitiis subactis,
En fides regnat niveique mores,
Auspice tanto.

Digitized by Google

Ecce jam multis studiis juventus
  Floret, et primum celebrat Magistrum,
  Dona, qui ponens meritos quotannis
                Laude coronat.
Mirus hinc ardor stimulans ad alta
  Excitat cunctos animos, anhelant
  Gloriam; Cleri decus atque splendor
                Crescit in ævum.
Sumptibus magnis miseris levamen
  Præbet, ignaras docet et puellas,
  Pascit infirmos dapibus supernis,
                Pectora firmat.
Sive sol campos radiis adurat,
  Seu tegant terras tenebræ calentes
  Fortiter multos patiens labores
                Rura peragrat:
Advenit pastor, lacrymis salutant,
  Gestiunt, plaudunt juvenes senesque,
  Obviam læti veniunt, Philippi
                Ore beantur;
Hinc io surgunt reboant et illinc;
  Tum fragor tundit repetitus aures;
  Sacra festivo sonitu resultant
                Tympana pulsu.
Creditos visens populos frequenter
  Res suis judex oculis penetra,
  Et Dei prudens hominumque sacra
                Jura tuetur.
Ergo fac vivat, videat senectam
  Pontifex fortis, referat triumphum,
  Hac die fausta juvenes ovantes,
                Virgo, precantur.

A. I.

5831438

5831437

Digitized by Google